



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. I. An si locatio rerum ecclesiae vltra triennium fiat, puta per sex annos,  
vitietur in totum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

An si locatio rerum ecclesiae ultra triennium fiat, puta per sex annos, vitiatur in totum.

- 1 Alij putant, locationem rerum Ecclesiae factam ad plures annos validam esse quoad triennium ita Quarant. in ver. alienatio rerum Ecclesiae num. 19. Clar. in §. Emphyteusis q. 6. vers. scias tamē, & alij, quos refert, & sequitur Garc. de Benef. par. 2. c. 1. n. 61. & seq.
- 2 Alij verò tenent, in totum viatiari; forma enim à lege prescripta esse videtur, nè rerum ecclesiæ locationes fiant ultra trienniū; forma autem est indiuisibilis, seu indiuidea. Bart. conf. 159. num. 8. & alij apud Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 95. num. 5. & ita dixit Rot. decis. 709. num. 6. par. 1. Diuers. & in Brixien. locationis die 10. Decembri 1594. coram Pegna, inter collectas per Farinacc. decis. 30. num. 3. & etiam in alijs causis 6 ut d. Genuens. in Prax. Archiepisc. cap. 60. num. 15. Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 1. ref. 113. & 117. & in Collect. dec. 655. par. 3. & dec. 3054. par. 7. ubi alias Rotæ decisiones recenset.
- 3 Quod præcipue procederet, quando ex coniecturis appareret, locatorem, vel conductorem non minori tempore rem illam, vel locaturum, vel conducturum. Rot. d. decis. 709. nu. 8. par. 1. Diuers. Genuens. d. cap. 60. num. 14. Barbos. d. all. 95. num. 12. Ricc. in Prax. for. 7 Eccles. par. 1. ref. 115. vel si pro to-

to tempore fieret sub una pensione, quia tunc etiam in totum vitiatur, ut decisum refert Ricc. d. ref. 115. & in Collect. decis. 3054. p. 7.  
4 vnde neque valeret locatio ultra triennium cum clausula, quod tot sint locationes, quot triennia, neque valeret pactum, ut transacto triennio renouetur Genuens. loco cit. Barbos. ubi supra. nu. 17. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 114. & ideo locationem huiusmodi contra formam d. extrau. factam. etiam cū reservatione beneplaciti apostolici potest Prælatus, vel locator ante illud obtentum reuocare Garc. de Benef. par. 2. cap. 1. numer. 36. Barbos. dict. alleg. 95. nu. 71. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 110. in fin.

Ethac procedunt in rebus Ecclesiæ, quæ quotannis coluntur, & ex eis fructus quolibet anno percipiuntur, tunc enim non possunt locari ultra triennium; alioquin, si res ecclesiæ talis sit conditionis, ut ex ea quolibet triennio unicus tantum fructus percipiat, poterit in nouem annos locari, quia primum triennium æquivalet primo anno, ita secundum, & tertium: & si alternatim fructificat, poterit per sex annos locari Rot. in Veliterna affictus 10. Decembri 1593. coram Litta Cou. lib. 2. var. cap. 16. nu. 6. Quarant. ut supra num. 25. Genuens. d. cap. 60. num. 14. Barbos. par. 3. d. all. 95. n. 4. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 111. & in Collect. dec. 655. par. 3. & dec. 3054. par. 7.

Item si Rector Ecclesiæ vellet statere contractui, posset hoc facere.

F. non



- non obstante huiusmodi nullitate etiam inuitio eo, cum quo contra-  
etum est, impetrando tamen ab-  
solutionem a censuris, ac Sedis  
Apostolicae assensum, vel alias cum  
legitima solemnitate *Innoc. Abb.*  
& alij in cap. I. de His, quae sunt a  
Prelat. fin. conf. cap. Redoan. de Reb.  
eccles. ruder. 28. Sarmier. de Reditib.  
I. par. cap. 2. n. 20. quos refert *Garc.*  
*d. par. 2. cap. 1. num. 74.* & ita tenuit  
*Rot. decif. 133. nu. 12. par. 2. Diuers.*  
præsertim si contractus sit utilis  
ecclesiæ, tunc enim illum esse va-  
lidum, etiam si sit sine solennitate,  
dicunt plures Doctores, quos cu-  
mulate Gabr. *commun. conclus. lib.*  
*3. tit. de Rer. alien. concl. 1.* vbi sub-  
dit, quod vnamiter omnes vi-  
dentur admittere, ut ecclesia  
possit contractum quamvis nullum  
propter eius utilitatem ratificare  
*Barbos. par. 3. d. all. 95. nu. 25.* vbi  
alios refert.
- 9 Dicitur autem contractus utilis,  
si res ecclesiæ in perpetuum con-  
cedatur pro eadem pensione, pro  
qua singulis annis locabatur, quia  
in locatione rei ecclesiæ in per-  
petuum regulariter fit diminutio  
sextæ partis pensionis, cum ec-  
clesia tunc habeat certitudinem  
percipiendi singulis annis quid  
certum pensionis nomine, & li-  
beretur a futuris periculis, ut  
decifum refert *Rico. in Collect. dec.*  
*3054.* & in *Prax. for. eccles. par. I.*  
*ref. 125.*
- 10 His adde, quod etiam si locatio  
facta fuerit ultra triennium, non  
poterit Conduktor, qui rem ec-  
clesia detinuit, evitare solutionē  
pensionis sub prætextu, quod nō  
internenit consensus Papæ *Garc.*

*de Benef. d. pan. 2. cap. 1. numer. 82*  
*Rico. in Prax. for. eccles. par. I. ref.*  
*126.*

11 Addunt alij, quod si aedeset co-  
suetudo locandi ultra triennium,  
tunc poterit seruari *Paris. conf. 98*  
*lib. 4. Macerat. lib. 2. var. ref. cap. 17.*  
*nu. 16. & seq. Gam. decis. Lusit. 3. 88.*  
*in fin. quos refert, & sequitur Rico.*  
*in Prax. par. I. ref. 109.*

12 Ex dictis infertur, quod res em-  
phyteotica, quæ non fructificat  
nisi tertio quoque anno, non de-  
noluitur ecclesiæ, si emphyteuta  
non soluerit per quinquennium,  
neque per octo annos si non sol-  
uerit laico iuxta term. cap. potuit  
de locat. & l. 2. C. de Iur. emphyt.  
*Nau. in commen. de Alien. ver. ec-*  
*cles. num. 21,* quem refert, & sequi-  
tur *Quarant. in ver. Alien. atio n. 18*  
*Rico. in Prax. par. I. ref. 111.* quibus  
adde *Couar. var. lib. 2. cap. 16. n. 6.*  
vbi dicit, emphyteutam primati  
cessantem a solutione per trien-  
nium nō cadere ab emphyteusi,  
si ex re emphyteotica quolibet  
biennio unicus fructus colligatur,  
quia tunc necessarium est, quod  
cessetur a solutione canonis per  
sex annos.

13 An vero trienniū, de quo in d.  
*extrau. Ambitiose,* possit per edi-  
cta Episcoporum limitari ad unū,  
vel duos annos? affirmatiue Res-  
pondet *Barbos. loco cit. nu. 18.* vbi  
citat *Alex.* & alios, quia in d. ex-  
trau. non iubetur locationes fieri  
usque ad triennium, sed prohiber-  
tantum, nē ultra fiant.